

Mythologia, Venise, 1567 - I, 10 : De sacrificiis superorum Deorum

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 10 : De sacrificiis superorum Deorum](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 10 : Des sacrifices des Dieux célestes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 10 : Des sacrifices des Dieux célestes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - I, 10 : De sacrificiis superorum Deorum, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/794>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 10v°-15r°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiarum.

hominum sermones tantum, ac Deorum etiam ipsorum sententias de Ioue
consideremus, hunc vel a Mercurio ipse fixit Plautus in proemio Amphibi-
tryonis mortalem appellari his verbis;

Mirari non est quom sibi si prætimet,
Atque ego quoque & qui Iouis sum filius
Contagione meæ matris mecum malum.
Etenim ille quoius hue iudicu venio
Iupiter, non minus quam nostrum quinis formidat malum,
Humana matre natus, humano patre.

- 10 Quare si ipse natus est, ut exter homines, & mortuus, & a mortalibus origi-
nem duxit, quo pacto sempiternus esse potuit? siquidem omnia quæ nascon-
tur aliquando interire necesse est. At quo pacto Iupiter dictus est sempiter-
nus? quia, ut dicetur cum de illo tractabimus, cum gloriaz cupidus maxime
fuerit, templaque sibi extrui ubique studuerit, fecit vulgaris opinio illorum,
qui magistratus & imperia admirantur, ut summus Deus putaretur; quare
pollea nunc vim fatorum, nunc prouidentiam Dei, nunc Deum ipsum, quæ
mundi animam appellantur nonnulli, nunc æthera, Iouem nuncuparunt, quæ
cum sempiterna sunt, Iouem etiam putarunt sempiternum. sic, ubi pro vi di-
uina per aquas diffusa, Neptunus intelligitur, dicitur sempiternus. pro
20 Vulcano ignis, pro Venere naturalis procreandi libido, pro Cerere terra fer-
citas. Nam si hoc pacto Diæ antiquorum accipiuntur, erunt sempiterni:
ex illorum sententia, qui mundum, eiusque elementa sempiterna putarunt.
sic eorum genealogiam inuestigemus, omnes fuerunt mortales, & ab hominib-
us procreati, ut patebit postea. At qui absurdum fuit hominum nominibus
res sempiternas appellare, diuinæque prouidentiaz splendorem sub his huma-
nis velare integumentis; quippe cum minime conueniat res admirabiles ho-
rum profanorum nominum colluione inquinare. At quia viderent sapien-
tes animos multitudinis apertis rationibus ad eruditionem non posse addu-
ci, horum figurorum suavitate illos ad se allegerunt, quæ sola causa fuit.
30 cur tot fabulæ sint inuentæ.

De sacrificijs supererum Deorum. Cap. X.

VT autem pateat elementorum, rerumque naturalium virtutes, & vires de-
monum eorum, qui in iis inhabitarent, qui Diæ a multitudine impe-
ratorum fuerunt existimati, nominibus vocatas sufficie a sapientibus,
non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis attributorum bre-
uiter explicauerit: quippe cum multa fatorum genera fuerint ab antiquis
pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ varie, & varia suffimē-
torum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neq; enim omnibus mo-
læ offerebantur, neq; omnibus accendebantur lumina, neque sacra siebant
semper super sublimibus aris, neq; semper per diæ. Diuersa denique pro sin-
gularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum
natura, sacrificia ubique offerebatur; quodd alia cœlestibus, alia terrestribus,
alia aquaticis, alia Diis inferis conueniebant, quorum alia priuatim, alia
siebant publicè. Primum igitur omnium scire conuenit non solum in anima-
libus, aut in plantis, ad vices, bonitatemque singulorum plurimum conferre
ciborum vim, serisque temperiem, sed etiam in illis demonibus, quibus plenū
esse

esse hoc truiuersum, quod intuemur, tradiderunt sapientes. Qui enim in obscuris cauernis inhabitat, multò sunt magis & immites & feri, & crassior te quadam materia, quippe quæ propius ad corpus accedat, sicuti testatur Pſellus in illis libris, quos scripsit de Dæmonibus; quam illi sint dæmones, qui regionem ignis vel aeris incolunt; quod accidit ob habitationis naturam, ac vim syderum. Quid enim mirum est alia in his plurimum posse, cum & metallis, & durissimis lapidibus, & plantis dominari potest? Aut quis nesciat alia metalla Soli, alia Lunæ, alia Veneri, alia Mercurio, alia aliis astris propter quasdam proprietates ac similitudines, quod aliis etiam contingit corporibus, esse attributas? omnem igitur vim sacerorum, omoemque Deorum rite expiandorum rationem in cognoscenda dæmonum natura consistere arbitrabantur: Quare cum celestia corpora ignea esse crederent, quæ opinio non solum fuit Anaxagoræ & Empedoclis, sed multorum etiam aliorum philosophorum; in horum sacrificiis & lumina, & figuræ, & multa ad visum spectantia addiderunt; quæcumq; aræ sublimes iterebantur, super quibus accendebantur lumina, & victimæ celsæ imponerentur. Cum 30 igitur sacra siebant superis, ac Ioui præcipue, aræ in sublimibus locis exterebantur, ut inquit Melanthes in libro de sacrificiis hoc pacto; *ad hanc ipsam* *etiam apud ipsos sacra*, *littera* *de eis*, *exclusis* *autem* *in* *terram* *et* *in* *caelum*; *in* *caelum*. Omnis autem mons Iouis mons appellatur; quoniam mos fuit antiquorum, ut altissimo Deo existenti in loco sublimi sacrificarent. Sic etiā è Iouis ipius oraculo sacra fiunt in montibus apud A pollonium in lib. ii. argonaut.

Argonauti *magis* *littera* *in* *caelum* *imponebantur*;
hunc *littera* *in* *caelum* *in* *tempore* *autem* *Iovi* *sublimis*
littera *ad* *tempore* *equinoctiali*, *et* *in* *caelum* *littera*;
 Ingentem Iouis humentis tunc extruit aram,
 Et sacra imponit in montibus, hic quoq; sacra
 Sirius accepit; sic Iupiter ipse volebat.

et ut est apud Herodotum in Clio, quem locum citauit, cum de Diis variis gentium loqueretur. Quin etiā & Apollini aram in littore erexerūt Argonautæ, atq; cum mons ibi nullus esset, sublimem illam fecerunt, ut in his sit idem poeta.

Argonauti *magis* *littera* *in* *caelum* *imponebantur*
littera *ad* *tempore* *in* *caelum*
 Justæ, soluentes in primo ereximus aram
 Littore sublimem.

Huius rei vel illud ergumentum est, quod etiam apud Latinos altare, quasi alta area vocatum fuit. Erat præterea illa templorum ariægendorum coniunctudo ut non modo sublimis & ampla extruerentur, sed etiam quæ orientem sole statim exciperent, ut ait Plutarchus in Numa Pompilio, neque ab illa re impedirentur, sed forent vndiq; liberæ, & minime occupata, ut testatur Promachidas Heracleotæ, acque Dionysius Thrax his verbis in lib. 3. dixeret; *ad* *tempore* *solis* *autem* *in* *caelum* *et* *tempore* *littera* *in* *caelum* *sublimis*, *et* *tempore* *littera* *in* *caelum* *littera* *in* *caelum* *sublimis*, *et* *tempore* *littera* *in* *caelum* *littera* *in* *caelum*. Antiquorum enim tempia exorientem solem statim excipere solebant, & statim orto lumine fenestræ ac foribus patefactis replete, ubi sacrificia siebant. Erat præterea consuetudo ut Diis superis mane sacra fierent sole oriente, si-
 cuti

sacrificia celestia
Deorum

Mythologiae.

ut in vita defunctis & inferis occidente sole, velut ait **Callixenus Rhodius** in his, quæ scripti de Alexandriæ, hoc pacto; *qui sibi non regnare vixit et
dilectus fuit ad coronas, ut si depositas eam rursum dñe pectoribus impetraret
vita defunctis sanè circa occasum solis parentamus, ac celestibus diis auto-
ræ tempore sub exortum solis sacrificamus. Et quoniam alioz arbores Dñs
alioz fuerunt consecratae, idcirco Dñs variis sacrificaturi sacerdotes variis co-
ronis ornabantur; utpote in Dionysiacis mystro, ut ait Thimachidas in li-
bro de Coronis. & Aristophanes in Ranis in his attigit;*

10

Prædictorum non-terram

A' p'q' ap'v' n' p'p'k'k'

T'p' f'p'v' n' p'p'k'k'

Fructiferam quidem quatiens

Circa caput tuum virentem

Coronam myrtorum.

*Ac in Cerealibus quercu coronabantur, ad perpetuam accepti ab illa Dea be-
neficii memoriam; ut significauit in his Virg. in primo libro Georgicorum.
nec ante*

20

Falcem maturis quisquam supponat arillis,

Quam Cereri torta redimitus tempora quercu

Det motus in compositos, & carmina dicat.

In sacris Herculis populo coronabantur, ut tellatur idem lib. viii.

Populeis adiuncte euincti tempora ramis.

In sacrificiis Apollinis lauro coronabantur, ut ait Apollon. lib. ii. Argon.

Eadem opere pars lauro salutisque si tenuit.

Flavasq; sunt viridi redimiti tempora lauro.

30

*Scripsit reliquit Andreyas Tenedius in nauigatione Propontidis antiquos
triplici ordine coronandi usos fuisse in sacris, quorum locum etiam declarauit
enarrator Apollonii, cum aliis capiti superius coronas imponerent, aliis
ad tempora usq; deprimenterent, aliis ad collum usque detrahentes. verum non
solum coronabantur sacerdotes in sacris, aut sacrificantes; sed etiam vasæ,
quibus vtebantur, & victimæ, quæ fuerant immolanda, quibus coronæ cir-
ca collum apponebantur, earumq; cornua inservabantur, ac vittis coloribus.
Dñs quibulq; gratis inneciebantur, ut illud est Ovid. lib. vii. Metamorph.
feriuntq; secures*

Colla torosa boum vincitorum cornua vittis.

Quod autem vasæ etiam coronarentur, ita tellatus est Virg. lib. iii. Aeneid.

Tum pater Anchises magnum cratera corona

Induit, implevitq; mero, diuosq; vocavit.

Neque vero victimæ quævis eligebantur in sacrificia, sed quæ præstantiores

*erant multo ante reservabantur; quare cum è grege deligerentur, egregiorum
victimæ dictæ sunt; ac cum eximerentur ex armentis, quibus nocte inureren-
tur sacræ, eximuntur. Nam trifariam armenta diuidebant antiqui, cum aliam
partem destinarent fortis, aliam laboribus, aliæ reservarent ad altaria; ut
innuit Virg. lib. iii. Georg.*

Continuoq; notis, & nomina gentis inurunt.

Et quos zut pecori malint summittere habendo;

Aut aris seruare sacrificiis, aut leindere terram.

*Erant autem singulari diligentia delectæ victimæ, quæ Deorum sacrificiis
dicuntur.*

dicabantur, non solum ob eximiam pulchritudinem, sed etiam ob puritatem coloris, cu[m] diuersi omnino resiceretur, neq[ue] licet murilam, aut aliqua corporis parte carentem victimam ad aram adducere. atq[ue] hanc diligentiam ita breuiter attigit Lucianus in dialogo de sacrificiis; *deinde dicitur quod victimae non debent esse aliis coloribus, sed sicut etiam victimae dicitur, ita uero non expetatur ut variis coloribus variis victimas esse. enim uero sacrificantes victimam coronant, multoq[ue] prius studio perquirunt num perfecta sit, ne quid inutile iugulent. atq[ue] ad aram deducant. Deinde velles sacerdotum puras, neque illa macula inquinatas conuenire putarunt. quod ita innuit Virg. lib. xii.*

puras in veste sacerdos

10

*Setiger[us] fortum suis, intonsamq[ue] bidentem
Attulit; admouitq[ue] pecus flagrantibus aris.*

Nam neq[ue] laboribus affuetas victimas, neq[ue] illas, ex quibus aliqua utilitas capta fuisset, Diis conuenire arbitrabantur. Deinde alius Deus alius coloris velles magis erant idonei; nam Deus inferis atque vestes, celestibus purpurei, ut ait Menander in libro de Mysteriis, conueniebant, quibusdam vero aliis ut sacrificiis Cereris, sicut testatur Ouid. lib. x.

*Feliz piz Cereri celebrabant annua matres,
Illa, quibus nuda velata corpora velle
Primitias frugum dant spicceas ferta suarum:*

et lib. 4. Fast.

20

*Alba decent Cererem, velles cerealibus albas
Sumite; nunc pulli velleris v[er]sus abeit.*

Deinde Deus alii foeminae victimæ tantum, alii soli mares immolabantur, in omnibusque sacrificiis committebatur placulum si quis cede pollutus, vel alio flagitio, ad aras accessisset; minimeque grata erant sacrificia, quæ ab impuris manibus sceleratorum hominum offerebantur. Idcirco per novem dies noctesq[ue] saltē opārebat ab omni libidine sacerdotes, aut mulieres adituas, aut initiaturas abstinere, ut est in his;

*Pero; nouem noctes Venerem, tactusq[ue] virorum
In vetitia memorant.*

30

*Neque enim ad sacra accedere cuiquam licebat, nisi lotis manibus, quare &
Aeneas sacra attingere ita vel per summam pietatis opportunitatem recu-
sat apud Virgil. lib. 2.*

*Tu genitor cape sacra manu, patrisq[ue] Penates
Me bello è tanto digressum, & cede recenti
Attriccare nefas; donec me flumine viuo
Abjuero.*

Et Homeris lib. 5. Iliad.

*τυπούσιν αἰλούρους οὐδὲ θεούς, πέμπειν ἀνταρτήν
Αἴσιον διόνει τοῖς καθηκόντοις εγένετο
Αἴσιον, οὐδὲ λόγος οὐκ εὔλογος οὐκ εὔλογος.
Non decet Iliotis manibus libare superno
Vina Ioui, pudor hoc prohibet fecisse; crux
Turpatum me & cede virum viuis fundere vota.*

40

*Existimabant enim antiqui eandem esse animi quam etiam corporis purga-
tionem; ut cum quis in flumine manus aut corpus ablueret post cedem, ille
purus statim efficeretur; quare ita scribit Anticlides lib. 74. reddituum;*

132

Mythologiae.

*Etiam pax in eius tempore, fonsque viri deponitur, Etiam uero quae uoluntate omnis
cunctus statim levatus est: xpo dicitur in terra eius nunc pater et natus. Erat enim mos
antiquorum, qui nunc etiam seruat, ut qui cedem hominum, vel alio-
rum animalium commississent perenni aqua manus abluerent, ad commissi-
piaculi iustificationem. quare iussit Hesiodus nulli deorum sacra fieri oportet-
re antequam manus lotz fuerint manu, cum ita scribat in operibus;*

Međimurje' შე არის და ამავე აღმოჩენა დასახურის

Հայոց աշխարհութեան պահապահութեան մասին

Nunquam vina Ioui, superis sic rubentia libes

Ante manus fluuii quam pura laueris vnda.

10

Nam cum purus sit Deus, & ab omni prorsus sorde immunis, non conuenire crediderunt illi ministri, qui ad altare accederet, manus, aut aliquam corporis partem habere inquinata aut impura. Quare si quis neglecta purgatione ad sacrificia accessisset, illius peccates Deos neque audire neque respicere arbitrabantur. erat preterea non parua diligentia in eligendis lignis, quae convenirent singularis sacrorum generibus; quoniam non ex quibusvis lignis ignis accendebatur, sed ex lignis in legibus sacrificiorum nominatis. Sic in sacris Bacchi antiquitus nulla ligna, nisi opore basilidis, aut Phibalex heus, aut viticis cum foliis vitium vrebancur, ut ait Hegemon lib. 2. Georgicorum. in sacris Veneris myrtus vrebatur: at apud Sicyonios ignis non siebat nisi e lignis Iuniperi, quibus folia addebantur pederotis, ut ait Paul. in Corinthiacis. In Iouis sacris ilicis ligna, in Martis fraxinorum, in sacris Herculis, cerri, aut resculi, aut corni, ut scriptum est ab Ephoro lib. 2. de Ponderibus Alix, & ab Epi gene in Heroina. nam nisi omnia seruarentur legitima in sacrificiis, publice inde calamitates oriebantur: cuius rei vel illud est argumento, quod si quis in Iouis Lyceti templum, aut etiam in arcam, minime peractis prius iurationibus legitimis, ingressus fuisset, intra annum omnino mori necesse erat, ut scripsit Hegesander lib. 17. & Paul. in Arcadicis. Tanta diligentia & in purgationibus & in omni sacrificiorum ratione vti oportebat. Summe 30 preterea obseruantiz & reverentiz Deorum templa fuerunt apud maiores, nam si quis supplex ad aras Deorum confugisset, eum inde diuellere per religionem non licet, ut scribitur a Paul. in Achaeis. quare cum Atheniensem magistratus in eos sequissent, qui cum Cydone in arcem Mineru con fugerant, & ipsi, & omnes eorum posteri violatz religionis Mineru penas dederunt. Sic Lacedaemonii cum violasset eos, qui supplices in templu Neptuni confugerant, ram ingentibus tamquam crebris terrae motibus Sparta concusa est, ut nulla propre domus expers tante ruinæ fuerit, atque longum esset calamitates eorum memorare, qui propter neglectam vel falsam antiquorum religionem in summum capitum discrimen inciderunt. Erant preterea nonnulli in ciuitatibus quedam familiz, quae sole nonnullorum deorum sacris initiantur; sicut Herculi Pinarii, ut est apud Virg. lib. 8. At Cereris sacris apud Athenienses soli initiantur Eumolpidz, quia primus Eumolpus illa sacra celebrarit, ut testatur Acesodorus his verbis; *et tuus sacerdos es quodcumque, quodcumque pars tuorum ab aliis distat, ut te spesceas tunc non invenies nisi per* *et tuus sacerdos es quodcumque, ut te spesceas tunc non invenies nisi per* *et tuus sacerdos es quodcumque, ut te spesceas tunc non invenies nisi per*. Habitasse in Eleusine prius indigenas narrat, at deinde Thraces, qui Eumolpo suppetias tulerunt, per bellum quod fuit illi cum Etechtheo. at alii inquit, Eumol- pum

10

Bis duos cornu stabit sacer hircus ad aram.

Enim uero tantum erat in obseruandis victimis studium, ut non sufficere videatur si quiete ad aram altis silent, nisi etiam annuerent sacrificiis, ut ait Myrtilus lib. 2. rerum Lesbicarum his verbis; *et hinc maxime te dico, quod certe est studiorum tuorum non sapientia, sed exercitio, et labor, et industria. Nam sane sacerdotes aquam infundere in aurem victimarum consueverunt, ut illa annuat illis sacrificiis. His ita obseruatis tum sacerdotes preces incipiebant, ac paucis premisis viuum inter cornua victimarum effundebant, ut inquit Ovid. lib. 7. Metam.*

30

Admiri querias tempus dum ora faciebat

Coniuntur & tandem purum inter cornua vinum.

Atque Virg. non solum sacerdotes, sed illos etiam, quorum ergo sacra fiebant, vinum inter cornua fundere solitos ait lib. 4. Aen.

Infra sequuntur deinceps sententiae et maxima pulcherrima Dido.

Indigenis xacer media in se corpus fudit

Deinde paucis interiectis precibus farina hordes cum sale permisso pri-
mum in tergos victimæ spargebatur, que ista de causa tenui aqua, tan-
quam leui imbre, fuerat à ministro perfusa: atque illæ molæ diceban-
tur; quas Græci ιλάρια vocarunt, cum sit ἀττικὸν hordeum, καὶ fun-
do. Vbi igitur ita consperse victimæ aliquandiu fletis silent, dum preces à fa-
cerdotibus, sacerorumque prefectis agerentur, cultri ad eas iugulandas au-
secures parabantur, & hydria aqua plena ad lauandas manus ministrorum.
Deinde post nonnullas precatio[n]es aliam molarum partem cum villis è
fronte victimæ euulsis in ignem super aram tunc accensum cōciciebant, que
prima libamina vocabantur, hoc ita significavit Hom. lib. 2. odyss.

30

2000ft. above sea level, and has a fine

Einzelne Ausführungen der Schriftart sind im Absatz 2 des § 14 Absatz 1 Satz 1 und im Absatz 2 des § 14 Absatz 2 Satz 1 des Gesetzes festgelegt.

Endite rows; fudidius molas; acromela piceous

Pallada, das flammige und leuchtende Verteilung.

*... etiam, ut hanc est
aqua nostra idem nostra libet etiam.*

40

Alma Mater (1902) by James McNeill Whistler

18. *On the Nature of the Human Species*, by J. H. Newman, D. C. L., M.A., F.R.S.

Von mir bis jetzt seien das flammende Feuer geblieben.

E canis amulso villa: Dignissima processione.

Beispiel zu **Sir Viesg. Lib. 6. Aeneides:**

E. summae carnosus media inter corpora setas.

Ex radice carpis medias inter collibus

五

五

Mythologiae.

Erat illa præterea consuetudo, ut illi, quorum causa siebant sacrificia, altera manu cum precibus, dextra scilicet, aram tenerent; quem ritum ita attigit Virg. lib. 4. Aeneid.

Talibus orantem dictis, aramque tenentem,
Audiit omnipotens.

Nec longo saepe interus peractis quibusdam precationibus victimas securi percutebant; ut patet ex lib. 3. odyss. ubi haec sunt carmina;

πιλάνω δίστοτελαίου θρυμμάτη
ἔπει τούτοις καρπάτοις βούς ἔπειται.

Sumpta Neoptolemo est audaci deinde securis,

Ille bouem cœsurus erat qua proximus arce.

IO

Atque si sacra siebant superis, nulla ratio sanguinis habebatur. Enimvero hunc fuisse ritum sacrorum apud Romanos etiam, eaque in sacris seruari, quæ diximus, ita summatis complexus fuit Dionys. Halicarnass. lib. 7. rerum antiquarum; επειδή τοις αὐτοῖς, οἰδηπότεροι λογοι τοις στοιχείοις, τοις τούτοις διέστη, τοις τούτοις λογοις, τρέπεται αὐτοῖς οι τοις προφητασίαις προφητασίαις, τοις διάφοροι προφητείαις οὐδετεροι, τοις διάφοροι προφητείαις μεταξύ τοις αὐτοῖς αὐθαδούσαις, πατερούσαις, θυμέται τοις οὐρανίαις αὐτοῖς ιδίαις. τοις διάφοροι προφητασίαις, τοις τοις διάφοροι προφητασίαις μεταξύ τοις αὐτοῖς αὐθαδούσαις, τοις διάφοροι προφητασίαις οὐδετεροι, τοις διάφοροι προφητείαις τοις διάφοροι προφητασίαις, τοις διάφοροι προφητείαις μεταξύ τοις αὐτοῖς αὐθαδούσαις. Vbi transacta fuisset pompa, consules statim boves immolabāt, & ex sacerdotibus aut ministris cuicunque munus illud cōuenire putaretur, erat idem qui est apud nos titus. Nam manus ipsi lauentes, puraque aqua victimas lustrantes, ac Cereris fructibus illarum capita spargentes, postea precari, iubet ministris illas mactare. Ex his vero, alii stantis adhuc victimæ tempora scytale persecutiebant, alii sub illam cadentem sigilla supposuerunt, ac postea corio nudantes, membratimque dissecantes è singulis intestinis primitias capiebāt, ceterorumque membrorum illas igitur farina hordei conspergentes in canistris ad sacrificantes afferebant. Illi super altare imponentes ignem ascendebant, vinumque libantes in eas victimarum primitias effundebant. Hæc summatis à Dionyso. Adhibebātur & alia lumina in sacrificiis Deorum coelestium præter ignem vrendis sacrificiis necessarium: per quæ significabant vim clarissimam Deorum patere in rebus omnibus; atque per ipsa lumina puritatem etiam ipsorum Deorum demonstrabant, ad quorum sacrificia non liceret, nisi potos accedere. Vbi igitur purgate, & molis consperata, & dissecata fuissent victimæ, antequam illarum membra incensis altaris imponerentur, thos in flammas iniiciebatur, & in illud vinum è patetis in flammas in Deorum honorem, quod ita innuit Ovid. lib. 13. Metam.

30

Thure dato fiammis, vinoque in thura profulo,
Cesarumque boum fibris de more crematis.

Postquam haec egissent, elegissentque partes victimæ quas Diis offerrent, reliquias in conuiuia, que per omnes solennitates in honorem Deorum siebant, reseruabant, at illæ partes quæ electæ forent sacrificiis, ut ignem facilius admitterent, molis conspergebantur; sicut patet ex lib. 8. Apollon.

Αὐχαιούσι τι προκατα πλευτού πολιχειστας
χαλαρού τελεια αρετηνού δικαιητιστας.

40

Αρτιός ἀνθετήρις περιέχει τον πάντα.

Aesopides.
Tum bouis alterius percussit colla securi
Aerea ibi Ancaus, fortis neruosque cecidit.
Prolapsus ceciditque ingens in cornua humi bos.
Hos socii iugulare citi, his & tergora costis
Diripere: & coxas, & cædere singula membra:
Hæc adipe & tegere, & sacræ imponere fiammis
Aesonides atque inde molas confecte fassat.

Cum ignis postea exarsisset, ut etiam magis extolleretur, supra hæc vinum effundebant, sicut ait Hom. primo Iliad.

கால்களை விடுவதே நீண்ட வார்த்தையாக இருக்கிறது.

八

Vicit ligna super senior; tum munera Bacchi
Libsuit, fuditque merum.

In sacrificiis illorum Deorum, qui aerii purabantur, præter ignem cantilenas etiam addiderunt, cum illos harmonia delectari arbitrarentur; atque Dei huiusmodi credebatur omnes illi dæmones, qui a terra & ab aqua omnem regionem usque ad locum stellarum supremum gubernarent. Nam ad triginta millia dæmonum esse scribit Hesiodus, qui Iouis sunt ministri, & obleruerunt quæ sicut à singulis hominibus; ita nihil, quod Deo cognitum non sit, esse existimarent. At Iamblicus, & Trismegistus, & Pselius, & reliquorum sapientum complures non solum triginta millia dæmonum esse censuerunt; sed uniuersum aera & celos plenos esse dæmonibus crediderunt, qui latè per sera vagarentur, & ad nidores sacrificiorum accurrerent. His igitur dæmonibus aeris cum sacra fierent, præter lumen, & nidores exstharum victimarum, cantus etiam, & odores multos, & ihus adhibebant, ut testatur id Virg. lib. 3. Aen. sid.

Iunoni Argiuz iussoz adolemus honores.

SIC LIB. V

Farre pio, & plena supplex veneratur acerba.

& Hom.lib.1. Iliadis pro depellenda pestilentia nidores victimarum Apollini etiam obtulit in his;

Alimentos para el desarrollo sostenible

Elay Alayim ve'Yeshua, Yeshua ve'Elay Alayim ve'Yeshua

Si vult caprarum, si vult nidoribus ille

Obuios agnorum fieri, ac depellere pestem.

**Et quoniam cantus, & harmonia, musicorumque instrumentorum soni non
hinc quadam voluptate aera permouent; illa de causa cantu etiam delecta-
ri illi demones crediti iunt, quare ut ait ibid. Hom.**

三十二、*卷之二十一* 附錄

प्राचीन दिनों के विवरणों का अध्ययन

μηδενίτις ούτε ποτέ, τούτο φέρεται τόπος τοποθεσίας

Phrbeas iras placabat carmine Graii

Per luces, toras pulchrum prana canentes.

Mythologiae.

Cantantes Phœbum: huic mulcebant gaudia pectus.

Sic in sacris matris Deum, ut nonnullorum Deorum, addebat etiam musica instrumenta, quare i nquit Ouid. in lib. primo de Ponto;

Ante Deum matrem cornu tibicen adunco

Cum canit, exiguae quis stipis xtra neget?

Et loui, cum mens illa suprema diuina credebatur, non adhibebantur nisi lumina in sacrificiis: at cum Iupiter pars esset summa aeris, tunc adhibebantur musica instrumenta, ut ceteroru Deorum sacris nonnullorum; quippe cum simulatis sacrificiis etiam parvus per illorum strepitū paternar crudeli-

10 | tati dicatur fuisse surreptus. In antiquis huius sacrificiis strophe & anti-strophe moduli canebantur ad imitationem motuum stellarum, ut ait Ari-

stozenus in libro primo de foraminibus tibiarum, & Bito in libro quo scri-

pit ad Attalum de musicis instrumentis. Nam modo hoc, modo illuc inter

illa sacra saltantes voluebantur; atque per strophen motum primum hulus

vomeri, per antistrophen, proprias hugolorum planetatum motiones, h-

onoscabant, et ante cantilenas in sacris nihil aliud quam commemo-

rations eorum beneficiorum, quæ Diu ipsi in homines benignè contulerat,

cum virium ipsorum Deorum, & clementia & liberalitatis amplificatione,

& cum precibus ut benigni ac faciles precantibus accederent, ut ait Philo-

chorus in libro de sacrificiis, ut significant hymni orphici, & iubet omnis ra-

tio conscribendorum hymnorum; quale est id Apoll. lib. 1.

A'φαρι δαμνιστε λογος χέρας επιτελεσται

καθητικάς διεπιπτε φίδες

μάλακτις των διαφορών θεατών πλάγια

Μετά, ο φέρω με λεπτό πρόχειρον άλιτον.

Δε ποτε πετράς ουτοί διαράδι περιάλιτη

Διλφωνή τεβανεις πικάρης οι περιπέτη

απύριδεις γυναῖκες έτι ακολαμψας προβούς θεάσης.

Incensa statuere choros altaria cīcum.

Cuncti ibi lophaona lophaona Phœbum

Cantantes; vnaq; Oeagri filius Orpheus

Bistonis sumpta cithara canere incipit altē.

Horrendum ut fixit serpentem rite sagittis

Ad iuga Parnassi saxoh parvulus infans

Phœbus adhuc, nudusq; & gaudens crinibus aureis.

Sis placidus, facilisq; veni.

Sic apud Virgilium Euadrus accedenti Aeneas commemorat post coniuium, quæ causa ipsum compulerit ad illa sacrificia instauranda; quippe cum non solum inter sacrificia, sed etiam in coniunctis, & in omnibus solennitatibus

40 | antiquorum essent sermones de rebus ab illis Diis gestis. Laudes autem Deorum & hymni dum videntur victimarum partes aræ impositæ circa ipsam aram canebantur: at cum ultæ fuissent illæ, & quæ reservataæ erant in coniunctum coctæ, his vescebantur. Deinde post coniunctionem ante quam discederent gratias Diis agentes, quod eos in coniunctionem accepissent, ultimam sacrificiorum partem linguas victimarum in sacros ignes coniiciebant, & viñ parum super illas, ut tellatur Apollon. lib. 1.

τινος ἀπό της λαζαρίτης χιωτικῆς

Αἴτησις.

Interea

Interea accensis fundant libamina linguis.
 Sic etiam Homerus lib. iii. Iliad. *πάντας δέ τοι μηδέλλειν. ινιειντει ιγνι λι-*
γους. Ιτιδε αυτεινοί πειθαίνειν οικείαν εργάτων, οικείαν εργάτων. initium ignis linguas. Illud autem siebat ubique in honorem Mercurii, cui lingue erant eo lecratae, atque post exultas linguae gratias Dii agentes vniuersitatem lati ex illis sacrificiis domum discedebant. at nunc de sacrificiis marinorum dicamus.

De sacrificijs marinorum Deorum. Cap. XI.

AT vero quoniam demones illi, qui mari preuerant, pro natura loci crassiores esse putabantur; idcirco in eorum sacris crassiora quzdam corpora quam essent vel nidores vel cantus offerebantur: quae ad gustum pertinerente, corporaq; haberent magis solidum. Nam cum vinum in sacrificiis Deorum superiorum offerretur, & delectæ partes victimarum, tamen ex illis in ignem coniectis & concrematis nihil aliud ad eos Deos nisi nidor & odor vestulatorum animalium fumus perueniebat; vel odor thuris. At in sacrificiis marinorum Deorum res longe aliter se habere credita est. nam cum eaus Neptuno macabatur, tunc sanguis colligebatur in crateres, atque non pereutiebantur secuti victimæ, sed cultrix iugulabantur. Erant autem nigræ illæ victimæ, quæ vel Diis inferis, vel tempestatibus, vel Dii marinis offerrebantur; ut patet ex lib. iii. Odyss. cum semper in littore maris sacra fierent marinæ;

τελετὴ τοῦ θεοῦ θεοῖς θυσίας, τελετὴ τοῦ θεοῦ θυσίας, καὶ τελετὴ τοῦ θεοῦ θυσίας.

Ad maris undisoni faciebant lictora sacrum,
Nigrantei tauro Neptuno, qui regit undas.

atq; cum turbato Neptuno taurus immolareetur, tunc ubi esset placidus, macabatur agnus, & aper aliquando; quæ etiam animalia cum maris naturam variis temporibus indica. ent, omnia simul aliquando cedebantur in Nept. sacrificiis, ut indicat Home.lib. 2. Odissej;

περιεργά ταῦτα περιεργά ταῦτα

Αρνίον, ταῦτα περιεργά ταῦτα περιεργά ταῦτα

Legitimè Regi Neptuno sacra peregit,

Agno, tauro, apropq; sues qui fuerint intre.

Iugulatariū deinde victimariū in sacrificiis marinorum sanguis collectus in mare ē patera fundebatur cum precibus, quod genus rituum à sacrificantibus in littore seruabatur. si autem in naui iniarentur, victimas non in pateram, sed in mare cum precibus iugulabant, ut ait Apollonius lib. 4. in his.

τελετὴ τοῦ θεοῦ θυσίας οὐδετέρα περιεργά ταῦτα

τελετὴ τοῦ θεοῦ θυσίας.

Ille preces fundens iugulauit in equoris undam.

Mox de puppe iacit.

cum iugulassent igitur ac dissecassent victimas, prius exta cum precibus, deinde vinum in aquam deiiciebant, ut ait Virgilius libro quinto his carminibus;

Ipse caput tonsor foliis ornatus olim,

Stans procul in prora pateram tener; extraq; falsos

Porricit in fluctus, ac vina liquentia fundit.

Necque